A Veszprém Megyei Múzeumok Közleményei 19-20. 90 esztendős a "Veszprémvármegyei" múzeum. Jubileumi évkönyv (Veszprém, 1993-1994)
Németh Péter:
A városlődi karthauzi kolostor története és régészeti emlékanyaga I.370. oldal.
https://library.hungaricana.hu/hu/view/MEGY_VESZ_Veszprem19_20/?pg=368&layout=s

Fejér, Georgius: Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Tomi IX. Vol. 5. (Budae, 1834.) 239. oldaltól.

CXIII.
An. Ch. 1378. Ludouicus R, H. claustrum S. Michaelis de Leweld pro FF, Carthusianis liberaliter fundat.

Ludouicus, Dei gratia Hungariae, Poloniae, Dalinatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaequc Rex, Princeps Salernitanus et honoris montis Sancti Angeli Dominus. Omnibus Christi fidelibus, praesentibus, pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, salutem in omnium Saluatore sempiternam. Splendens lumine et ineffibili praeditus Maiestate Patris aeterni filius, Dominuslesus Christus, qui est lux vera, et omnem hominem venientem in hunc mundum iiluminat, sacrum Car thusianum ordinem, lueernam cliaritalis ardentem, et lumen doctrinae fulgore praelucidum in tempio vniuersitatis ecclesiae accendens, vt omnibus longe lateque refulgeat, super candelabrum eminentis religionis erexit. Huius ordinis incliti professores,qui illum re profitentur et nomine, non indigne lucernae describuntur officio et luminis intitulatione recensentur: ipsi namque sunt, per quos praecedit ante omnia timor Domini cum innocenlia vitae, puritate concordans, lumen caritate veritatis ostendunt, ex infirmitate culpae alios orando releuare conantur, tanto procul dubio eflicaciores preces fundentes ad Dominum, quanto per sanctitatem vitae ac conscientiae puritatem, gratiores in illius, quein orant, conspectu reddunturj quorum sutfragia eo instantius, eo humiJius affeclamus, quo illa nobis amplius necessaria, ea nostrorum consideratione defectuum , ac instantium periculorum multiplicatione fatemur; ascendit enim fumus aromatum in conspectuum nosti ae considerationis de ipsorum fama laudabili, meritis Deo placitis et actibus virtuosis: Vnde Zelo deuotionis ipsorum velut igne accensi ad nostrae salutein animae oculos mentis conuertentes, habita exinde deliberatione praematura monasterium seu claustrum pro dicto sacro ordine Charthusiensi, quem a Sede Apostolica inter ceteros ordines singulariter et specialiter priuilegiatum nouimus, ac multipliciter commendatum, in quadamvalle seu loco iuxta **oppidum nostrum Leweld** vocatum, Comitatus Wesprimiensis, Strigoniensis Dioeces. erigere et iocare praeeligenLcs fundauimus Deo auxiliante consummando et dotando in honorem bealissimi **Michaelis Archangeli, Praepositi Paradisi**, qui animarum suscipiendarum a Domino

accepil potestatem, pro eorum» sancta congregatione et conuentu, quem locum yallem Sancti Michaelis in nomineDomini appellamus, in quo loco seu claustro omnium creatori et coelorum reginae, matri rnisericordiae, cuius obsequio quotidie deputati existunt, pro nostra et serenissimarum Principissarum, Dominarum vtriusque Elisabeth, Genitricis et Consortis, nec non puerorum nostrorum carissimorum salute et prosperitate, ac oiim Excellentissimorum Principum, Dominorum Caroli patris et Andreae, Ierusalem et Siciliae regum, nec non Stephani Ducis, fratrum nostrorum carissimorum, feiicium recordationum animarum refrigerio et remedio phialas odoramentis orationum pienas, placabiles offerant, procul dubio, quae per ipsos iuste petita fuerint, ab ipsius genitricis piissimo filio eius intercessionibus facilius impetrabuntur. Vt igitur in eodem claustro Prior, duodecim monachi sacerdotes, seu ad sacerdotium promouendi, nec non duo Clerici, quorum vnus Diaconus et alter subdiaconus existant, coelibem vitam ducentes, et eorum domestica familia, qua commoda carere non possunt, valeat debito modo pro vitae necessariis sustentari, in patrimonium Cruciiixi, ac pro eorum sustentatione quoddam **Castrum nostrum Volgkeu** vocatum, quod ob Zelum deuotionis nostrae dirui fecimus et deponi, cum villis videlicet **Leweld et Ordoleweld** (Erdoleweld) in Wesprimiensi, et Nyul nuncupatis in Iauriensi, nec non vnum oppidum nostrum prope lacum Platase (Balaton) Tapolch a vocatum, in Zaladiensi Comitatibus, existentes, item alias tres possessiones nostras tauernicales Barbach, cum lacu similiter Barbach vocato, Sarkany Kisfalud nuncupatis, in Comitatu Sopproniensi existentes nec non fluuio Rapchaet piscaturis eiusdem ad praedictam possessionem Sarkan pertinente,similiter iure patronatus Ecclesiarum Parochialium, villarum et locorum supradictorum, ac cum omnibus Iobbagionibus, populis, colonis et incolis, montibus, vallibus, syluis, nemoribus, terris cultis et incultis, campis, agris, pratis, curiis, praediis, fundis, aquis, piscinis, riuis, molendinis, pomoeriis, vineis, iuremontano, muneribus, collectis, censibus, tributis, seruitiis, ac aliis omnibus earum vtililatibus et vtilitatum quarumlibet integritatibus et pertinentiis vniuersis, sub eisdemque quibus nos et nostri Castellani etofficiales hactenus teneinus, conseruamus et possidemus ab antiquo, nouae noslrae donationis titulo et prouisionis nostrae dono, dedimus, donauimus et contulimus dicto **claustro Sancti Michaelis fundationis nostrae praescriptae Priori et fratribus Carthusianis**, in eodem Deo iugiter et deuote famulantibus, praesentibus et futuris iure perennali, irrefragabiliter tenenda, vtenda, conseruanda et possidenda, imo damus, donamus, conferimus ac cum eisdem ipsam nostram nouam fundationem dotamus in his scriptis; assumentes et lidenter promittentes nostro et successorum nostrorum regum nomine eosdem Priorem et fratres ordinis Carthusiensis praesentes et futuros in praetactis oppidis, villis, possessionibus, terris ac in earum pertinentiis inodo quo supra, per nos ipsis ex praesenti nostra antidote perennaliter datis et donatis semper pacilice et quiete mamitenere, et contra quoslibet in eisdem conseruare et ab omnibus impetitoribus occasione praemissorum eos inquietare praesumentibus

protegere, expedire et per omnia pollicemur defensare. Si qui yero quicquam iuris et potestatis in praedictis oppidis et possessionibus habent vel se sperant liabituros Tolumus, vt tales eorum lura, quae in eisdem praetendunt, non ab ipsis fratribus, sed a nobis, nostrisque successoiibus exequantur. Vt autem liaec nostra donatio et dotatio robur obtineat perpetuae firmitatis, nec per quempiam temporis in euentu mortalium possit reuocari, praesentes eisdem concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis et authentici sigilli nostri noui, dupplicis munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis in Christo Patris et Domini Domini Demetrii, Episcopi Zagrabiensis, aulae* nostrae Cancellarii, dilecti nobis et fidelis. Anno Domini Millesimo trecentesimo septuagesimo octauo, XV. kalen. Aprilis, regni autem nostri anno tricesimo septimo. Venerabilibus in Christo Patribus et Dominis Ioanne Strigonien., locique eiusdem Comite perpetuo, fratre Stephano Colocensi, sacrae paginae Magistro, Petro Iadren. Hugolino Spalaten. et Hugone Ragusien. Archiepiscopis. Emerico Agrien. eodem Demetrio Zagrabien. Goblino Transjiu. Valentino Quinqueecclesien. Decretorum Doctore, Ladislao Varadien. Gilberto Iaurien. Petro Vesprimien. Paulo Chanadien. Fratre Dominico Bosnen. Petro Vachien. Ioanne Szirmien. F. Dominico Nitrien. Paulo Tinninien. Demetrio Nonen. Chrysogono Tragur. Mathaeo Sibinicen. Stephano Faren. lacobo Makaren. Thoma Korbauien. Michaele Scardon. et Portiua Sennien. Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias Dei feliciciter gubernantibus. Magnificis viris Nicolao de Gara, Palatino regni nostri, et Iudice Comanorum, Ladislao Vajuoda Transyluan. Comite Iacobo de Scepus Iudice Curiae, et vniuersarum ciuitatum nostrarum, Nicolao de Zeecli Croatiae, Petro Zudar, totius regni nostri Sclauoniae, et Ioanne de Macho Banis, Georgio Zudar Pincernarum , Stephano similiter Zudar Ianitorum, Petro de Liszkou Dapiferorum, Stephano Agazonum nostrorum Magistris, honore Comitatus Posonien. vacante, aliisque quam pluribus regni nostri Comitatus tenentibus ehonores.

Ex originali. Hevenesi Coll. tora. X. p. 169. Kaprinai A. tom, VIII, p. 144.

19

Ludovicus Dei gratiâ Hungariæ, Poloniæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ,
Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, Princeps Salernitanus et Honoris
montis Sancti Angeli Dominus omnibus Christi fidelibus præsentibus pariter et
futuris præsentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore sempiternam.
Splendens lumine ac ineffabili præditus Majestate Patris æterni Filius Dominus
Jesus Christus, qui est lux vera et omnem hominem venientem in hunc mundum
illuminat Sacrum Carthusiensium ordinem lucernam charitatis ardentem et lumen
Doctrinæ fulgore prælucidum in templo universalis Ecclesiæ accendens, ut omnibus longe
lateque refulgeat super Candelabrum eminentis Religionis erexit. hujus inclyti professores
qui illam re profitentur et nomine non indigne lucernæ describuntur officio et
luminis intitulatione nuncupantur: ipsi namque sunt quos præcedit ante omnia timor
Dni cum innocentia vitæ puritate concordans lumen caritate veritatis ostendunt
ex infirmitate culpæ alios orando relevare conantur, tanto procul dubio efficaciores preces
fundentes ad Dominum, quanto per sanctitatem vitæ ac conscientiæ puritatem
gratiores in illius quem orant conspectu redduntur. quorum Suffragia eò instantius
eò humilius affectamus: quò illa nobis amplius necessaria ex nostrorum consideratione
Defectuum, ac instantium periculorum multiplicatione fatemur. ascendit
enim firmus in conspectu nostræ considerationis de ipsorum fama laudabili
meritis deo placitis et actibus virtuosis. unde Zelo devotionis ipsorum velut
igne accensi ad nostram salutem animo oculos mentis convertentes, habitâ exinde
Deliberatione præmaturâ Monasterium seu Claustrum pro dicto sacro ordine
Carthusiensi, quem à Sede Apostolica inter cæteros ordines singulariter ac specialiter
privilegiatum novimus ac multipliciter commendatum, in quadam Valle seu loco
juxta oppidum nostrum Lövöld vocatum comitatus Vesprimiensis, Strigoniensis
Diœcesium erigere et locare perlegentes fundavimus Deo auxiliante consummando
ac dotando in honorem Beatissimi Michaelis Archangeli præpositi paradisi qui animas
suscipiendarum à Domino accepit potestatem, pro eorum sancta congregatione et
conventu quem locum Vallem Sancti Michaelis in nomine domini appellamus
in quo loco seu Claustro omnium Creatori et Cælorum Reginæ Matri Misericordiæ
cujus obsequio quotidie deputati existant pro nostra ac serenissimarum
Principissarum Dnarum, utriusque Elisabeth Genitricis et Consortis nec non
Puerorum nostrorum Carissimorum salute et prosperitate ac olim Excellentissimorum
Principum Dnorum Caroli Patris et Andreæ Jerusalem et
Siciliæ Regum nec non Stephani Ducis fratrum nostrorum Carissimorum
felicium recordationum animarum refrigerio et remedio pietatis odoramentis
orationum plenas placabiles offerant, procul dubio quæ per ipsos juste petita
fuerint ab ipsius dei Genitricis piissimo filio ejus intercessionibus facilius
impetrabuntur.

Ut igitur in eodem Claustro Prior, Duodecim Monachi sacerdotes seu ad
Sacerdotium promovendi nec non duo Clerici quorum unus Diaconus alter subdi-

ahus
veld
o
1390

exigant Coelibem vitam decentes, et earum domestica familia qua commode
carere non possunt, valeat debito modo pro vitae necessarijs sustentari, ivi patri-
Völgyhő :monium Aedificij ac pro eorum sustentatione quoddam castrum nostrum Heuly
vocatum, quod ob Zelum devotionis nostrae dirui fecimus et deponi, cum villis
Nagy- et Kiss- Scilicet Lewelth, et Ofodolewelth in Veszprimiensi, et Algul nuncupatis in Jaurinensi
Lövöld, nec non unum oppidum nostrum prope lacum Platuse, Tapolcha vocatum in
Platuse, Term. Zaladiensi comitatibus existentes, item alias tres possessiones nostras Tavarnicales
Balaton. Barbach cum lacu similiter Barbach vocato, Sárkán, Kisfalud nuncupatis
Tapolcza. in comitatu Soproniensi existentes, nec non fluvio Rapcha et piscatorijs ejusdem
Barbacs. ad praedictam possessionem Sarkan pertinente, similiter iure patronatus
Sárkán. Ecclesiarum Parochialium villarum et locorum supraditorum ac cum omnibus
Kisfalud. jobagionibus populis Colonis et incolis, montibus vallibus, sylvis, nemoribus
Rábcza. terris cultis et incultis, campis, agris, pratis, curijs, praedijs, fundis, aquis
piscinis, rivis, Molendinis, pomoerijs, vineis jure montano, proventibus
collectis, censibus, tributis, servitijs ac alijs omnibus earum utilitatibus et
utilitatum quarumlibet integritatibus et pertinentijs universis, sub eisdem
metis et terminis quibus eadem nos et nostri Castellani ac officiales hactenus
Castellani. tenuimus conservavimus et possidemus ab antiquo nova nostrae donationis titulo
et provisionis nostrae dono, dedimus donavimus et contulimus dicto Claustro
S.ti Michaelis fundationi nostrae praescriptae Priori et fratribus Carthusiensibus
in eodem Deo jugiter et devote famulantibus praesentibus et futuris jure
perpetuo ac irrefragabiliter, tenenda utenda conservanda et possidenda. imo
damus donamus conferimus, ac cum eisdem ipsam nostram novam fundationem
Assumit Eörk dotamus in his scriptis assumentes et fideliter promittentes nostro et successorum
orem in Fiscum. nostrorum Regum nomine eosdem Priorem et Fratres ordinis Carthusiensis
praesentes et futuros in praedictis oppidis, villis, possessionibus, terris ac caeteris
pertinentijs modo quo supra per nos ipsis ex praesenti nostra antidote
perpetualiter datis et donatis semper pacifice et quiete manutenere et
contra quoslibet in eisdem conservare et ab omnibus impetitoribus occasione
praemissorum eos inquietare volentibus protegere, expedire et per
omnia politicemur defensare. si qui vero quinquam juris vel potestatis
in praedictis oppidis et possessionibus habent vel se sperant habituros volumus
ut tales eorum jura quae in eisdem praetendunt non ab ipsis fratribus
sed a nobis nostrisque successoribus exequantur. ut autem haec nostra
Donatio et Dotatio robur obtineat perpetuae firmitatis nec per quempiam
temporis in eventu mortalium possit revocari praesentes eisdem concessimus
litteras nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri novi
Duplicis munimine roboratas, datum per manus Venerabilis in Christo
patris et Domini Domini Demetrij Episcopi Zagrabiensis aulae nostrae Cancellarij


1378. Dilecti nobis et fideli[illegible] Anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo
octavo 15 Calendas Aprilis. Regni autem nostri anno tricesimo septimo Venerabi-
-libus in Christo patribus et domini[illegible] Joanne Strigoniensi loci eiusdem com[illegible]
perpetuo, Fratre Stephano Colocensi sacre pagine Magistro [illegible]

Dr. Bán Zoltán Elizeus O.Cist által fordított alapítólevél szövegét lásd:
VIDA Beáta: A menedékszirti karthauzi krónika. In: TÓBER Márta –
MALÉTH Ágnes (eds.): Középkortörténeti tanulmányok 8.
Szeged, 2015. 107–125.102–104. oldalakon.